









26

LEVIS NOTAE  
MACVLA

IO. GOTTEL HEINECCIO

L. V. D.  
PHIL. P. & ORD. IUR. EXTRAORD. ET ORDINIS  
PRAEC. ADMISSIONE

CHRISTOPHORVS GOTTHER STOLZMANN,

GERATVS  
L. V. D.






Z. DISSERTATIONE INAUGVRALI  
DE

Br. 4 mm. 32.

1720  
15a

# SOCIIS STIPENDIARIIS HOSTI,

IN CAUSA  
REIPVBLICAE MEMMINGENSIS,



PR AESIDE

IOANNE PETRO A Ludewig/ ICro,

S. R. MAIESTATIS CONSILIARIO INTIMO ATQVE REGIMINIS  
IN HOC DVCATV, IVRIS ET HISTORiarVM PROFESSORE,

PRO DOCTORIS HONORE AC PRIVILEGIIS  
CAPESENDIS

RESPONDEBIT

VLRICVS BENEDICTVS HERMANN  
MEMMINGENSIS.

---

DIE XII. IVNII CIO IDCC XX.

---

HALAE VENEDORVM,  
LITTERIS IOAN. FRIDER. KROTTENDORFFII, ACAD. TYP.



LIBERAE  
SACRI ROMANO-GERMANICI IMPERII  
REIPUBLICAE MEMMINGENSIS  
SENATVI INCLYTO:

VIRIS

MAGNIFICIS, GENEROSIS, MAXIME STRENVIS,  
CONSULTISSIMIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS AC  
PRUDENTISSIMIS DOMINIS,

DOMINIS

CONSULIBVS,

PRAETORI,

SECRETIORIBVS,

SYNDICIS, CAETERISQVE

SENATORIBVS,

PATRIAE PATRIBVS,

DOMINIS, PATRONIS AC PROMOTORIBVS SVIS  
SUMMA ANIMI SVBMISSIONE DEVENERANDIS

HAS STVDIORVM ACADEMICORVM PRIMITIAS

Devotissimi erga Patriam studii documentum

in

fui ulteriorem commendationem

decenti submissione

confecrat

*Observantissimus*

VLRICVS BENEDICTVS HERMANN.



DE  
SOCIIS  
STIPENDIARIIS  
HOSTI.

CAP. I.

Occasio huius argumenti & historia  
causae.

§. I.



Non temere in arenam

produco hoc iuris argumentum:  
sed ob causam, patriae meae sin-  
gularem. Ut adeo operae preti-  
um sit, in eodem animum cum  
studio & cura defigere. Ut uero  
sciatur, de quam re futura nobis

*Thema iuris  
patriae pro-  
prium.*

disputatio, ante historiam controuersiae recensere, a-  
moris & irae causis procul habitis.

§. 2. Scilicet SUEVIÆ calamitas, ex Galliae trium-  
phantis uicina, est quidem testatissima. Nam ex quo  
*Alsatia* omnis Galliae patet; deinde *Argentoratum* a Ger-  
mania auulsa; porro *rhenus* fluuius, illud ueteris  
Germaniae arcifinium & antemurale, aditus & transi-  
tus habet, Galliae apertos in munimentis, hoc sine  
nouissime conditis: iam Sueuia omnis Galliae incur-  
sionibus semper patet, omni fere praesidio nudata &  
destituta.

*Infelix Sue-  
uiaë pagus ex  
Galli uicina.*

§. 3. Quod igitur saepe alias, illud quoque anno  
MDCCIII. euenit: ut Gallicae copiae in bello, ad-  
uersus

*Irruptio Gal-  
lorum anno  
MDCCIII.*

A

uersus Germaniam suscepto, SUEVIAM inuaderent & milite suo inundarent. Omnia tum cesserant hostis uoluntati & direptioni, ut intra breue tempus ferro & igne delere ac perdere potuisset pagum Sueviae uniuersum. Praesertim cum facies rerum in isto bello patriae tum uideretur desperatissima, ut nihil restaret, quam, omnia, patiendo & perferendo, pacare hostem & pacto conuento aliqua dare ei, ne per uim omnia eriperet.

Stipendiaria  
hosti SOCIETAS  
C19 12015.

§. 4. Hoc igitur consilio, Memmingae uicini, ordines coiungere in hanc funestae calamitatis societatem; ut hosti certam stipendii, definiti summam, sexaginta & septem millia, sexcenta & octo florenorum imperialium, promitterent soluerentque, diuisis rationibus, spatio semestri aestiuo. Cuius septima pars tetigit obligauitque Memmingam sigillatim. Steterunt hac conuentione foederati &, quod Maio, Iunio & Iulio mensibus debuerunt, curate persoluerunt. Hoc enim foedere, omnibus saluberrimo, immunes persistere ab hostili tributo, onere, incendio ac ferro. Ut in urbe ac ruri secure agere liceret & negotiari.

Post stragem  
Hochstadiensem  
C19 13015.  
mensis Augusti  
summam conuentam  
urget de MARCIN.

§. 5. Dum haec ita fiunt, en a DEO data uictoria, ultra spem, quam concipere poterant mortales. Mense enim *augusto* anno C19 1300 IV. in praelio & conflictu HOCHSTADIENSI, postquam diu ancipiti fortuna esset dimicatum, horribilem & cruentam stragem dant hostes Galli, ut omnis miles illico Sueuiam desereret aufugeretque. In panico hoc terrore etiam copiae praesidiariae, Galli, in Memmingensi munimento abitum parant. Ante uero admonent urgentque Memmingenses, de soluendo omni eo, quod de conuenta summa

summa aestiua restaret. Hoc enim si negarent ciues, minas spargunt, fore, ut uastationi & depopulationi aedium, praediorum, agrorum, animalium hominumque uniuersa daretur uicinia, breui tempore redigenda in cineres & fauillas.

§. 6. Capiendum hic erat consilium ex arena, cum hostis omnem negaret moram & temporis spatium, quo ea de re consuli possent socii foederati. Bono igitur animo Memmingenses negotia absentium uicinarum sibi gerenda esse, putarunt. Praesertim cum id uelle uiderentur tabulae foederis & legis, ut in communi periculo homines damni & commodi participes redderentur, instar illorum, qui in naufragio inuicem lege Rhodia tenentur de mercibus ideo in mare proiectis. Adfuit Deus consilio, de liberanda ab hostis direptione uicinia, suscepto: ut hostis, qui trium mensium, forte cum aliquo iuris tegumento, extorquere potuisset summas conuentas, acquiesceret solutione unius, mensis *Augusti*. Qui altera iam parte fuerat delapsus, ut tantominus a foederatis posset negari, quod ab hoste requirebatur. Declinabant quidem ciues hoc onus, ne, de quo alii tenerentur, ipsis solis extorqueretur. Verum reposuit copiarum dux de *MARCIN*: hoc casu socium pro socio teneri neque fieri posse, ne alii foedarati redirent Memmingensibus, quod in aliorum commoda & gratiam illi soluissent redemissentque incendia & rapinam. Hoc etiam sine iurium & nominum cessio facta, ut hac non minus uti liceret & procul abesset suspicio omnis, quasi ciues suam magis, quam causam aliorum, summam imperatam numerando, egissent.

§. 7. Qui igitur totuplicibus iurium argumentis *Solutum recusat reddere*

A 2

certi

*foderati &  
socii stipendi-  
arii hosti.*

certi erant causae aequissimae, nulli dubitabant, redditum iri cum gratiis illud, quod aliorum gratia & ad mille pericula auertenda & auerruncandos funestos casus expenderant. Verum enim uero, praeter omnem spem, negant restituere nummos focii quidam stipendiarii, specie & tegumentis rerum inanium usi, ad debitum elidendum & declinandum. Quasi scilicet Memminga suum gessisset negotium, non alienum: quasi nullo unquam foedere ad hoc stipendium, hosti numerandum, illi coiuisent: quasi suum commodum, non alienum promouissent: quasi in hostem fuissent iusto indulgentiores: quasi pericula ab hoste fuissent non uiciniae, sed soli Memmingae: quasi urbs ditior reddita ex his stipendii soluti exuuiis: quasi exceptione tuti alicuius compensationis & qui praetextus iniqui sunt generis eiusdem.

*Inde consilius  
forensis in CV-  
RIA IMPERI.  
ALI. anno 117  
1266 n.*

§. 8. Quod cum ita esset, causam detulit ciuitas ad supremum iustitiae tribunal, curiam imperialem. Vnde, facta eius cognitione, mandata focii paulo ingratum data, ut, quod deberent, redderent soluerentque. Verum reposuere illa, quae modo attigi, ut res nunc uerfetur in consilio forensi mercaturque boni ciuis arenam inauguralem. In qua patriae meae iura conabor defendere & depellere omne hoc, quod illis obesse uideatur. DEI NUMEN adsit scribendis.

## CAP. II.

Argumenta ex IVRE NATVRALI pro  
obligatione focii ad rependendum  
alteri, quod hostibus solutum.

s. I. Id

§. I.

**I**D scilicet nobis probandum & argumentis idoneis *Iurium in*  
 commonstrandum est: *teneri socium ex facto socii stipen-* *hac causa*  
*diarii hosti neque fieri posse ut Memmingenses in hac causa* *CONCENTVS*  
*a suis confederatis deserantur, in quorum illi gratiam utili-*  
*tatemque numerarunt hosti summam conuentam.* Cum ue-  
 ro alia hic *natura* suggerat, alia *leges postiuuae, priuata*  
 scilicet & *publica* Germaniae iura: illud in hac contro-  
 uersia intelligitur, cuncta hic esse pro patria republica  
 & aduersari causis, inanium specie prolatis, confoede-  
 ratorum, subtrahentium se officio, quo omnino tenen-  
 tur.

§. 2. *Principio*, quid *NATVRAE* hic decreta uelint *Iuris NATV-*  
 indagabimus. Breuiter tamen summamque, partim, *RALIS sum-*  
 quod *leges Romanae*, deinceps conducendae, ipsa sint *na hic ca-*  
 quodammodo *lux naturae*; partim, quod societatem *pta.*  
 ciuilem colamus in imperio sufficiantque ideo iura  
 uoluntaria. Ita tamen partiemur hoc caput, ut rem  
 aestimemus principio intuitu hostis; deinde *partis* ad-  
 uersae; demum *patriae* ipsius.

§. 3. Id quidem certum est in orbe etiam christia- *I) In hostem*  
 no, ut, qui bella indulgent, etiam indulgeant iura belli *OMNIA li-*  
 dentque hosti in hostem uel ius *infinitum* uel ita tempe- *cent, ergo*  
 ratum, ut omnia ei liceant in terra hostili, quae perti- *sacra sint*  
 nent ad *deminuendas* hosti uires & suas *aduogendas* (1). *ut ille stet*  
 Inde prima belligerantium cura, ut hosti imperent sti- *intra MO-*

(1) Licet enim de eo disquirant aliqui: *u-*  
*strum hosti omnia liceant; an tantum illa, quae*  
*aut illi profunt aut obfunt, si profunt hosti.* Nam  
 qui ultimum sentiunt, illi in oculis habent  
 templa, aras, scholas, xenodochia, orphano-

trophia, & alia eiusmodi quae siue stent siue  
 cadant, neutrius commoda promouent facile.  
 Potest tamen etiam hic alterius interesse, quid  
 fiat *omittaturque.*

DVM defini-  
tum.

pendia pro alendis militaribus copiis. Si quidem illis pater hostile solum, ut per illud liceat pro lubito grassari. Est sane hic modus iurium belli lenissimus, si hostilis animus, cui omnia licent, pacari potest tributorum aliquo modo & conuentione, ut ab incendiis & direptione desistat manusque cohibeat militis rapacis. Quo igitur mitiora haec remedia sunt: eo etiam sanctiora esse debent, ea de re factae, tabulae conuentionum. Ne, nel illis illudendo uel minus liberali manu eas tractando, exacerbetur animus hostis, sitque ille deinceps ad paciscendum uel difficilior uel durior in exigendo uel suspiciosus ac dubius in habenda fide. Hoc si uerum est, iam animo circumuoluat pars aduersa. Quam facile fuerit tum Gallis, perdere Sueuiae istam uiciniam ense ac ferro: quam indulgenter contra egerint belli duces cum ordinibus & incolis, quod pacto conuentione definita stipendia acceperint: quam modice usi fuerint iuris sui infinitudine, quod illa circumscribi passi fuerint spatio unius semestris; quod solutionem acceperint diuisim singulis mensuris; quod modum statuerint summae: cum ex belli rigore omnia potuerint sibi capere aut diripere omnia; deinde cogere deuictos, ad omnia soluendum simul; post requirere omnia supra modum. Quo statu parum aequi rerum aestimatores sunt, quotquot, in tanta hostis clementia, eum cogitant circumuenire & aequitati ac indulgentiae eius iniurias referre. Faceret autem hoc, qui abituro soluere, negaret stipendia aliquot tantummodo dierum, qui residui fuerant de mense *Augusto*, cui debebat pacto integrum quadrimestre.

§. 4. Obmouerint uero aliqui: *solui stipendarios ho-* OBJECTIO 1)  
*sti ab obligatione, metu discusso & hoste omnino prostrigato per non deberi*  
*Hochstadiensem uictoriam.* Verum subtrahimus illis cal- fidem hosti.  
 culos, qui temere ita sentiunt. Nam conuenta erat metu dis-  
 summa, licet soluenda diuisim, idque non in gratiam esset.  
 hostis, cuius intererat, omnem habere illico & simul:  
 sed in fauorem ordinum tributariorum, ne repentina  
 extorsione suis bonis caderent. Quod igitur fauori e-  
 ius tribuendum, illud non est trahendum in illius odi-  
 um. Sed opinantur *primo*, omne bellum a *parte deu-* Quia 1) bel-  
*ta credi iniustum*, ut adeo uictori, post uim, nullum fu- lum habe-  
 erit ius, a deuicta parte quid exigendi. Verum belli *iu-* atur a deu-  
*stitia* nequicquam aestimanda a iudicio partium. Quae to iniustum  
 libet enim, ut fieri solet, in causis etiam priuatis, ore Quod difficul-  
 & calamo ius habet imploratque. Quemadmodum ter probatur,  
 uero priuatis iudex, ita imperanti, huius loco, est en- quia a) ensis  
 sis. Adeoque quicquid ense tum acquiritur, illud iure instar iudicis  
 habetur esse acquisitum, instar *iudicati*, quod decernit  
 iudex. Quod magis est, cum mortales in naturali di- b) ius saepe  
 sciplina umbram magis habeamus, quam ius ipsum & ambiguum.  
 pleraeque causae, praesertim si factum illis admixtum  
 sit, instar sint problematum: omnia pacta cum hoste e) in abstracto  
 elidi possent tegumento belli iniusti. Accedit, quod & concreto.  
 ambo belligerantes abesse possint, opinione sua, a belli  
 iniustitia, &, iuste se agere, sibi in animo suo persuade-  
 re. Ut adeo lubricum principium sit, iura in bello ex  
 belli causis aestimare & ideo, quod uni datur, alteri ne-  
 gare. Praecipue subditis in crimen uocatur, si princi- d) subditi iu-  
 pis sui bella quis notare aut credere illa noluerint parum dicium instar  
 iusta. In *Risicensi pacificatione* eius doctrinae memores sacrilegii.  
 fuerunt Gallici legati. Cum enim Caesarei causas suas  
 actis

e) quid, paci-  
ficatoribus hic  
liceat :

doctrina Gal-  
licae legationis  
an. ccc. lxxviii.

actis & argumentis instruerent atque belli iniusti & temerarii incusarent ideo Gallos: oratores Galliae regis de grauissima iniuria sunt conquesti. Quod, talia tantummodo illos audire, sit crimen. Officii itaque sui admonuerunt conciliatorem pacis, ipse faceret sua auctoritate, ut Germani, a talibus opprobriis in Galliae regem abstinere. Reposuerunt Germani, sua excusantes, duplicem iustitiam non dari. Eo ipso enim, quo illi ius negassent Galliae regi ad patriam inuadendam, clarum esse, regem Galliae argui iniuriae, illatae Germanis. Verum Galli urserunt porro: talia ante dici posse, quam bellum suscipiatur finiatumque. Tum enim sentiendum contra, utrosque belligerantes dimicasse pro suo, ex iuris opinione ideoque bellum ex utraque parte dici posse iustum, quia credendum, neutram partem laesisse conscientiam. Regesserunt denuo nostrates: ex quo igitur fundamento tractandum esset de ineunda pace & componenda lite. Sed expedita iterum positio Gallorum: in pacis negotio porro non requirendum, quid iustum sit, uerum quid utile expediatque reipublicae. Sitne bellum, sumptuosum & periculi plenum, magis consultum, quam pax cum aliquo dispendio coniuncta. Ita agere partes transigentes priuatim: dato aliquo & retento (2). Vnde facile est ad

(2) In tanto autem *problematici iuris*, ob quod bella decernantur, uerborum adparatu, illud oratoribus Gallis ante oculos est positum, quod ne cum aliquo iuris tegumento Galliae rex instituisset tria recuperatoria iudicia *Metis*; *Brisiaci*; *Vesontii*. Ut in primo *Austrasiam*; in altero *Alsatiam*; in tertio *Burgundiam* aucleret a Germania. Ingenue ad haec oratores Galli: dandum hoc esse coloribus aduocatorum, quorum nunc pudeat curiam regalem. Pot-

est itaque euenire, ut belli *inuisitiam* agnoscat fateaturque ipse hostis. Verum dubito, hanc uocem Galliae regis fuisse aut illius purpuratorum. Neque enim puduit eosdem: prodire eius recuperatorii iudicii libelles & sententias in publicam lucem idque ex architypographia regali LEONARDI. Quae omnia porius, si idem sensissent cum Ratisvicenibus legibus, tollenda fuissent medio & posteritati subtrahenda. Ceterum maturo iudicio GROTIUS lib 3 c. 20 §. 11. dicit: *ad pacem ueniri uix solet, iniuriae consistunt.*

intel-



intelligendum, tolli reuera pactorum inter hostes fidem, si illa tantummodo adligetur ad belli causam iustam.

§. 5. Deinde non solum *belli iustitiam* requirunt in *Quia 2) in-* pactis cum hoste seruandis: sed etiam negant, *dari iuris ter hostes* alicuius uinculum cum hoste, qua tali. *Id est, ubi hostis u-* non detur *num hostilitatis genus mutet in aliud* (scilicet stipendia ac- *iuris uincu-* cipiendo pro depraedationibus) *ibi pacta non ulterius o-* lum. *bligatoria, quam quousque exigat necessitas uel uilitas.* Verum etiam haec doctrina pestis & pernicietas in bello. Ita enim non moderate utetur uictoria sua hostis; spernet conditiones, a deuictis uictori oblatas; non spatium dabit, deliberandi, quid expediat; non indulgebit moras ad satisfaciendum; non precibus & supplicationibus tribuet fidem: sed id aget, ut funditus deleat homines & omnia pessumdet. Et neque hoc uerum est, hosti uinculum iuris nullum esse cum hoste. Nam usu belligerantium constat, saepe belli obiecta pactis contrahi, excipi tempora, loca, personas, res, ubi desistendum ab omni hostilitate idque ex lege conuentionis. Hanc qui conuellit, ille cogit hostem ad omnem effraenationem, impetum & furorem. Non enim pugnant inuicem: in diuersis causis eodem tempore eundem & hostem esse & amicum. Taceo alia, quae ex iam dictis facile dissoluantur.

§. 6. Qui igitur ex naturae quodam decreto *OBIECTIO II* uicti; *ut hosti fidem seruent, in conuentione datam:* illi aliud *pacta esse* quaerunt diuerticulum negantque, *mensuram hoc tribu-* accipienda *um* hosti promissum esse. Licet enim tabulae conuen- *sub clausula* tionis hosti *adsignent quadrimestre,* quod restiterit, illud *si metus* tamen aliter non esse accipiendum, *quam sub iuris clau-* durauerit. *sula*

B

sula

*fula, si res fuerit in eodem statu, si hostis manserit uictor, si perdurauerit mansio aestiua. Hoc uero cum fit, re ipsa intelligi, extra conuentionis limites esse: si facies rerum fuerit conuersa; si hostis prostratus; si aufugerit receperitque se ad suos & quae reliqua generis eiusdem. Verum enim uero plura sunt, quae in gratiam patriae licet reponere. Principio frustra sunt doctrinales interpretationes, quando aderat *authentica*, iure canonico & tormentario instructa, ubi pro ratione uoluntas. Haec autem talis erat; conuentionem factam integrae summam per semestre uniuersum. Diem solutionis in momento conuentionis uenisse. Summam deberi uniuersam. Hostis beneuolentiae tribuendam mensuram solutionem. Esse igitur dictatoris huius, statim nunc petere, quod deberetur ex certo die, quem expectare non liceret hosti abiturienti. Deinde neque opus est huius rigoris defensione. Nam, post plura uerba, demum hostis, spe certe omni, mitiorem se exhibuit: ut pro *quatuor* mensuris tributis acquiesceret *unico* scriberetque apocham nominibus uniuersis. *Accedit* etiam illud, quod mensis illius augusti duae tertiae iam praeterlapsae essent, ut adeo ultima restaret, quae tantum haberi poterat pro anticipata. Certe pudore quodam perfusa patria; negare hosti, quod claro iure deberetur. Barbarum autem fuisset, hoc rerum acquissimo statu, negotia gerere nolle uicinatorum, sed rem aleae relinquere incendii & furoris militaris.*

*II. Obligatio intuitu* §. 7. Post igitur, quam causa *hostis* acta, quo conuenio *intuitu* stet, uti licere patriae iure, sibi per eundem cesso: *se-*  
*PARTIS AD-*quitur nunc, ut aequitatem patrii postulati aestimemus  
*VERSAE.* intuitu *patriae aduersae*. Fieri hoc potest *multifariam.*  
*Prin-*

Principio ex historia causae patet, quod in conuentione, quae 1] tenetur uinculo SOCIETATIS. cum hoste inita, die V. mensis MAII anni CIO IDCCIV. couerint ordines, Memmingae uicini in foedus ac societatem, transigendi cum hoste, de redimendis belli incommodis, ad semestrem spatium, summa definita 67608. florenorum, quorum septimam partem numeraret patria. In qua, ceu urbe munita, se contineret miles hostilis, ne a uagabundo per uicos & pagos incolis, ruri agentibus, iniuriae fierent ac damna inferrentur. Liberum erat uicinis & ita confoederatis ordinibus, ab hoc pacti genere abstinere: quod cum semel inuierint, nunc porro integrum non est eis, officia migrare, inde prouenientia. Scilicet, ut illi, qui paribus commodis fruebantur ex inito foedere, etiam, casu sic ferente, incommoda inde pullulantia sentirent paria neque onus, quod commune, premeret opprimeretque humeros socii unius. Neque in hoc foedere desiderare licet, quod beneficio diuisionis & excusationis confoederati neque miserint nuntium neque formula addita tabulis, ut unus teneretur pro omnibus. Nam eo ipso, quod hostis incubuerit incubaueritque Memmingae soli, instar Gallinae ouis, facile fuerat ad intelligendum, ante non desertum iri munimentum hoc, quam hosti a cunctis confoederatis esset satisfactum. instar cautionis per obsidem. Obsidis certe instar fuerat Memminga, quos haud dubie hostes confoederatis imperauissent, nisi sat cautum sibi credidissent hoc munimento. Id ergo dici potest, foederis hac societate hosti confoederatos cauisse obside Memminga, si non uerbis, tamen facto euentuque. Vt in eadem obligatione sint ad indemnitatem Memmingae praestandam, qua naturae decreta damnant reuublicam ad

obsides, si quos dedit, liberandos (3).  
 2) NEGOTI- §. 8. Et si uero etiam pacti abessent leges, teneren-  
 ORVM *gesto-* tur tamen confoederati Memmingensibus ex *negotiorum*  
*rum.* *gestorum contractu.* Scio quidem expungere eundem  
 contractum ex naturae decretis Hug. GROTIUM (4) at-  
 que relegare ad leges ciuiles; deinde PVFENDORFIUM  
 (5) eius fundamentum ponere in tacito mandato, mi-  
 nus quidem recte, cum inter *tacitam & praesumiam* uo-  
 luntatem interfit plurimum haecque ultima requiratur  
 in *negotiorum gestione*, non prima, cum tacita uoluntas  
 uera sit, scientiamque supponat rei gestae, non *ficta*, uti  
 illa, quam iura *praesumunt* in ignorante & absente, qui ma-  
 lit minus malum, quam maius: rectiora tamen aliorum  
 hic iudicia sunt, praesertim iureconsultorum, ZIEGLERI  
 (6) atque HERTII (7), agnoscentium, mereri eum in-  
 demnem esse, qui iacturam alterius auerterit bono ani-  
 mo & fide axiomatis, quod quilibet ex duobus malis  
 eligat minus, quod malint ciues aliquam rempublicam  
 habere, quam nullam. Sed dicis, curiositatis esse, ne-  
 gotia gerere aliena iniussum. Verum humanitatis of-  
 ficium est; hominem homini prodesse. Imo etiam in-  
 teresse quodammodo uidetur humanae societatis, ne

(3) Obsides *uoluntarii* sunt ex libertate pa-  
 storum aut facti alicuius. Cuiuscunque tamen  
 generis sint: tenetur respublica incommoda,  
 quae sentire obides, illis aut eorum heredibus  
 resarcire & repensare GROTIUS *lib. 3. cap. 20.*  
 §. 52.

(4) *lib. 2. cap. 10. §. 9.* ait: NEGOTIORVM GE-  
 STORVM actio ex lege ciuili nascitur. Nullum  
 enim habet eorum fundamentorum, ex quibus na-  
 tura obligationem producit.

(5) *lib. V. cap. 4. §. 1.* Negotiorum gestorum  
 fundamentum non incommode possumus uocare  
 mandatum TACITVM. Sicuti & illam obligati-  
 onem, quae iactorem inter & pupillum. Verum  
 utrinque *praesumpta* uoluntas, non *tacita*, quae  
 requirit scientiam.

(6) In comment. ad Grot. *lib. 2. c. 10. §. 9.*

(7) In *dissertat. de lyro sect. 2. §. 35.* ubi do-  
 ctrinam hanc: omnino teneri negotiorum gesti-  
 one mortales, illustrat pluribus exemplis, ex li-  
 bro naturae desumptis.

absen-

absentes maneat indefensi (8). Certe uel animi uecordis uel furibundi esset uel, ultra sortem humanam, impudentis; iniuriae loco habere, si alter, quod in gratiam utilitatemque alterius expendit quasque in eius rem uertit, ab alio actione iterum requireret. Est igitur omnino e re sua, effugere has notas partem aduersam atque repensare Memmingae, quod eius gratia datum hosti, ad auerruncanda incendia & direptiones. Vltimum certe eo facilius credi debet, quo maior esse solet furor & immanitas exacerbati & fugitiui hostis. Neque de temporis spatio tum dubitandum credendumque hoc defuisse hosti. Nam ferrum, flamma, incendia, rapinae & direptiones casus sunt, de quibus ille uulgi sermo uerus: *multa accidunt inter scyphum supraeque labra.*

§. 9. Pergimus ad uincula obligationis intuitu *III. Intui-*  
 MEMMINGAE ipsius. Facile hic esset, legum positua-<sup>tu patriae</sup>  
 rum implorare auxilium; sed hoc praesidio causam in-<sup>ipsum,</sup>  
 struemus in capite secundo. Interim, quod leges nau-<sup>ex 1 Rho-</sup>  
 ticae in bonis naufragorum & incendiariae in aedibus, ne<sup>dia de 1A-</sup>  
 flamma ulterius serpat, dirutis constituunt, ut *nimirum*  
*omnium contributione sarciantur, quod pro omnibus damnum*  
*contigit & qui ex damno commodum capiant, sustineant etiam*  
*contributionis onus, illud quidem non tam est scripti iuris,*  
 quam legis nobiscum natae. Rectum est iudicium loc-

(8) Plures casus habet *Ant. Dadin. ALI ESERRA de fissionib. iura tractatu III. cap. 7.* integro. Sed huc non pertinent illi, ubi non homines aut *ratio* praesumunt consensum; sed lex uoluntarij, *positiua*. Quae inuicem plerique iureconsulti cum non distinguant: ideo naturae magistris occasio datur, ad praescribendum *quasi*

*contractus* e republica, quae uiuit uiturque iure naturali. Illiutro porro exemplum est actionis ex negotiorum gestione illud, quo anno *MDCCXV.* id egit R. P. in gratiam S. R. ut *Sedinum sequestri iure teneret*, ne in cineres redigeretur ab hoste uictore,

CENII *de iure maritimo* (9) non hic attendendum, quid RHODIIS aut WISBYENSIBVS aut Romanis, haec talia praecipientibus lege, placuerit; sed tantummodo cogitandum, quid uelit aequitas & sana ratio. Inde defendendus *Petr. BECKIVS* (10), ab *Arnoldo VINNIO* (11) praeter rem notatus, quasi ipse iureconsulto Papiniano aut Paulo tribuisset, quod esset Rhodiorum. Id enim uult: *Rhodiorum legem*, Romanis peregrinam alias, *adprobatam esse in Latio ob uim rationis*. Quo etiam modo Rhodias leges aestimat *DOKIMVS* (12) iureconsultus Graecus, dum ait: non solum ob *uetustatem*, sed etiam *praestantiam* Rhodiorum leges tribunalibus Latii propositas in exemplum. Igitur non lex est Romani iurisconsulti, sed tamen est eius latum de illa iudicium aequitatis ac rationis. Ob quam causam peregrino instituto locus factus in Latio. Est igitur uox iuris aeterna: **OMNIVM CONTRIBVTIONE SARCIENTVM, QVOD PRO OMNIBVS**

(9) *De iure maritimo Suecorum & Wisbyensium lib. 2. cap. 8. §. 2.* his uerbis rem exprimit eandem: *Aequitas horum axiomatum* (ut qui commoda ex damno sentiat etiam onerum reddatur particeps) *euidens & naturali rationi consentanea, iure scripto* (Rhodio & Wisbyensi) *est antiquior*. Ut non opus sit, talia referre inter consuetudines plurimis gentibus ad probatas & adpellare uerbo *iuris gentium*, cum *HERTIO de lyro sect. 1. §. 6.*

(10) Sunt certe *BECKII* uerba ad *l. 1. D. ad L. Rhod.* in hanc rem concepta: *Papinianus ICIUS* (aut *Paulus*) *indignum arbitratus cum de omnium, qui in nave sunt, capite aequaliter agatur: alterum gratis, alterum uero cum fortunae iactura in colonizatem adipisci. Nam aequitas constituit: AD ID, QVOD OMNES SALVAT, OMNES QVQVE CONTRIBVERE DEBERE.* *Quae*

*constitutio ad quamplurimos consimiles casus trahi poterit. Nam si, urgente INCENDIO, aedes meas deiecero, salute uicinarum quaestita: AEQUVM est, ut aestimationem domus meas, ob communem utilitatem deiectae VIRITIM REFVNDANT.* Idem *GAILIVS lib. 2. obseru. 22 num. 4.* Idem *Ioan. LYBELERVS in tractatu de incendio cap. V. n. 134. 135. 136.*

(11) In notis ad *Beckii comment. ad L. Rhod. legem l. lit. a p. 190. 191.*

(12) In fragmento de *LL. Rhodiorum naualibus* ex *DOKIMI* (siue *DOMICHI* ut alii legunt) *libro de iure: εἰσὶ γὰρ οἱ τῶν Ῥοδίων νόμοι τῶν ἄλλων ναυτικῶν νόμων παλαιγενέστεροι, ἢ ἔχουσιν εἰς τὰ πλείω καλῶς καὶ ἐν τοῖς περισσώτεροις τυγχάνουσιν ἀνεπίληπτοι.*

DATVM

DATVM EST. Et, ex aequitatis lance, idem hoc iu-<sup>idem iudicium</sup>ris axioma tribuit sigillatim causae, quam nos disputa-<sup>eorundem ca-</sup>mus, pragmaticus iureconsultus *Ant. MORNACIVS* (13) & <sup>sum in 1) in-</sup>qui huic calculos etiam suos addit, oculatissimus *Arn.* 2) <sup>centiis,</sup> *obfidione,* *VINNIVS* (14). Sententia eorundem est haec: *Applican-* 3) <sup>lytro.</sup>  
*dam hanc decisionem ad eos, qui, OBSESSA VRBE & pericli-*  
*tanti, paciscuntur, numerata obsessoris ingenti pecunia ur-*  
*bemque obsidione ita liberant, cum alias direpta fuisset. Pro-*  
*cul enim dubio est: REFVNDI ILLIS OPORTERE, QVICQVID AD*  
*AVERTENDVM COMMVNE ET PVBLICVM PERICVLVM PRI-*  
*VATI CONTVLERINT. Idem iudicandum: ubi pecunia \**  
*ocys a paucis numerata, exercitus manipulusque militum a-*  
*uertitur a pago. Atque hoc idem illud est, quod requi-*  
*rimus in hac arena. Sparserat minas hostis; ut stipen-*  
*dium menstruum aut solueretur aut stipendiarii focii &*  
*collegae extrema quaeque paterentur. Vltimum ma-*  
*luit fieri miles ferox & depraedationis cupidissimus,*  
*quam primum. Quid Memmingenses? iacturam illi fa-*  
*ciunt huius summae, ne perirent in hoc naufragio o-*  
*pes ac fortunae vicinorum; diruunt suas aedes & aera-*  
*rium distrahunt, ut obex poneretur incendio ac flammae*  
*hostili, ne grassaretur per viciniam & absumeret*  
*focios foederatos. Breuiter, lytrum pendunt hosti pro*  
*aliis, humanitatis officio admoniti, quod homo ho-*  
*mini; gens genti; fociiis focii; vicinis vicini; amicis*  
*amici; membra membris debent reipublicae & pagi e-*  
*iusdem. Certissimi spei, redditum iri, quod in alterius*  
*rem gratiamque expensum, ne, quod decreto naturae*

(13) In observationibus ad l. 4. D. ad LL.  
 Rhod.

(14) In notis ad Beckii commentar., ad LL.  
 Rhod. legem 4. list. b. p. 245.

aduer-

aduersum, officium praestitum, bono animo praestanti, euadat damnosum.

## CAP. III.

## Argumenta

ex

iure CIVILI ROMANO  
pro obligatione locii ad rependendum  
alteri, quod hostibus solutum.

## §. I.

Num ORDINES S. R. I. iure utantur CIVILI Romano?

**N**ATURAE decreta audiuius in capite praecedente. Sequuntur nunc LEGES LATII uoluntariae. Licet enim naturali iuri maxima ceteroquin uis, in foris tamen ac tribunalibus Germaniae multum dare solemus auctoritatibus ita sentientium. Quasi parum fida essent naturae principia, nisi etiam constaret simul de eorundem pragmatico in republica, licet peregrina, usu. Hoc modo *legibus ciuilibus Romanis* locus factus est in causis etiam publicis ordinum ac principum imperii inter se: quamuis, utrum recte sic fiat, dubitaerint plures. Quod nostrae reipublicae facies a Latii aliena; quod Latii iura priuatis hominibus scripta, quo nomine nequeant haberi & adpellari principes & proceres imperii; quod receptio etiam iuris Romani in gratiam facta ciuium tantummodo priuatorum; quod principes Romani non tulerint, IMPERIALES ACTVS aestimari ad lancem & libram legum priuatarum (1), licet

(1) Vci claris uerbis habetur in l. 26. *donationes C. de donationib. inser. uir. C. ux. Qua* | de re plenius *dn. praef. in S. C. Vell. dissert. I. different. 6. n. 70. 71.*

aliqui



aliqui eorundem illas sequuti sint magis uirtute, quam imperio (2), magis ex consilii rationibus ad demulcendum populum, quam ex iuris aliqua necessitate. Quicquid uero sit, usus contrariae opinioni praestitit patrocinium; cum suprema imperii tribunalia personent Ulpiani, Pauli, Papiniani nominibusque aliorum Latii iureconsultorum. Adprobauit hoc iudicio suo curatissimus iuris interpres TABOR (3): improbauit contra illud Herm. CONRINGIUS (4). Ego crediderim, post tot seculorum praxin & cum ORDINATIO CAMERALIS ius commune omni causarum generi uniuersim commendet (5), laterem lauare, quotquot codicem iuris conantur supremis imperii iudicibus de manibus excutere. Mallem igitur rem ita definire: *leges Romanas tum obligare principum etiam causas propter RATIONIS VIM, ex receptione illius, PRAESUMPTAM.* Eo scilicet usque, quo alter nesciat ostendere uel mores & instituta Latii uerba uel utriusque rationes inuicem inconcinna (6).

(2) Quorum pertinet l. 4. C. de LL. Digna vox est maiestate regnantis, legibus adligatum se principem profiteri & submittere legibus principatum. Alibi dn. praes. in opusc. miscell. tom. 1. p. 555. litt. s.

(3) In dissertat. de metatis cap. V. §. 4.

(4) In praefatione ad Tacitum de moribus Germanorum. Taceo recentiores, qui ideo esse solent iusto audaciores in hoc argumento: quod hoste, iuris publici nomine inani, impetivae iuuentuti obrudi soleant historiae de origine successuque imperatoris & ordinum imperii, desertis illis, quae publici iuris scenam occupant principe loco, regalibus scilicet & legibus imperii. Olim in his tantummodo animos suos exercuerunt magistri, sat infelici, sine hi-

storiae lumine, conatu: nunc deprimit uere historiae nomen publici iuris argumenta. Ad hoc difficile est, peccata uitare inter nimium & parum.

(5) Non solum hoc fit: sed etiam admittuntur ciues adfessores, nonnisi iura docti, *der Rechten erfahren und gewürdet*, idque in academiis, ubi fere non alia iura habentur, quam peregina Longobardiae atque Latii utriusque pagani & christiani.

(6) Caue enim, sentias hic cum uulgo doctorum: ideo ius Romanum locum habere in *causis publicis*, quoniam *munera, honores, magistratus, collegiae, iurisdictiones* nostrae reipublicae cum Latii communes. Hoc enim est falsissimum. Quia nomina quidem habemus

C

ln

In praesenti igitur argumento cum nullae Germaniae & Latii differentiae sint: hoc caput omnino occupare possunt leges Romanae.

Ius CIVILE §. 2. Principio, licet in naturali alias iure, quod patriae hic supra diximus, contentiosa quibusdam res; num hosti fauet i) ob seruanda fides: in consuetudinibus tamen & legibus Latii, quo iure nos utimur, testatissimum est; omnino quaestionem adfirmari & fidei, hostibus seruatae, pro diti esse exempla vere stupenda ab historicis. Principio casus deciditur in l. 21. Nam & Seruus D. de negot. gest. qui huc omnino facit, cum certo ostendat fidem seruandam, etiam datam hosti. Verba Pauli sunt haec: Cum a Lusitanis tres capti essent & vnus ea conditione missus, uti pecuniam pro TRIBVS adferret &, nisi rediisset, ut DVO pro eo quoque pecuniam darent. Is vero reuerti noluisse & ob hanc causam illi pro tertio quoque pecuniam soluisset: Seruius respondit; aequum esse, praetorem in eum reddere iudicium. Haud dubie, quod improbum crederent Romani, unum fidem, hosti datam, uiolauisse. Certe si ob ullam uirtutem recte commendantur Romani, commendantur ob seruatam FIDEM. Numinis instar coluerunt fidem (7). Imo ex re alia nulla Romana respublica maiores auctus habuit, quam ex mortalium opinione, Romanos nescire fidem fallere & migrare. Clare A. GELLIVS (8): omnibus quidem uirtutum generibus

eadem, sed diuersissimos significatus. Leges fert imperator I. R. sed I. G. imperium uniuersum. Idem iudicium de ceteris horum nominum argumentis per ius publicum uniuersum. Mellor ne b. m. STRYKIVS, tum uti licere legibus Latii, quoties principes non cum subditis agant, sed inter se. Quae discrimina nascit

imperium. Aliud, quod princeps contrahens utatur iure priuato, quia agere non uult ex imperio, sed conuenio: sed ideo tum non utitur iure priuatorum, i. e. legibus, a priuatis susceptis.

(7) De aedibus, FIDET sacris, HALICARNASSAEVS lib. 2. & ILVTARCHVS in Numae. Taceo alios.

(8) lib. 20. cap. 1. in eius medio.

EXOT.

exercendis populus Romanus e parua origine ad tantae amplitudinis instar emiuit: sed omnium maxime atque praecipue FIDEM COLVIT sanctamque habuit tam priuatim, quam publice. Sic consules clarissimos uiros hostibus, confirmandae FIDEI publicae causa dedit. Sic clientem, in FIDEM acceptum, cariorem haberi, quam propinquos, censuit. Inde uiri consularis edictum (9): optimus ille militiae, cui postremum primumque, tueri inter bella fidem. Et QUINTILIANVS (10): sacra laus fidei inter hostes. De Attilio POLYAENVS (11) admirabilia scribit: cum a Carthaginensibus ea lege dimissum, ut pacem suaderet. Suasisse eum bellum & ideo reducem factum, ne datam hostibus fidem minus probaret. Quod magis est, neque perfidis paria retulisse, sed expleuisse datam fidem etiam his, exemplis & testimoniis docet GROTIUS (12). Et licet PVFENDORFIUS (13) de naturae decreto dubitet, utrum pactis, cum hoste initis, tum debeatur fides, ubi alatur bellum: tamen, idem moribus Romanorum inductum esse, ut fides, hosti etiam tum sancta, agnoscit. Idque uerum sit, siue respublica paciscatur siue homines priuati, dummodo ultimi in illis subsistant, quae in eorundem facultate. Inde ad normam iuris Romani decidit quaestionem MEVIUS (14), iureconsultus uere pragmaticus: *utrum tributa, pace iam facta, hosti debeantur, si diutius sint promissa?* Adfirmat cau-

(9) Sili ITALICI uersus sunt lib. 25.

(10) GROTIUS laudatus ideo lib. III. cap. 19. §. 2.

(11) Lib. VIII. stratagemat. c. 12.

(12) In lib. III. de I. B. & P. cap. 19. §. 13. Barbarum est, perfidiam perfidia ulcisci. Non illos attendi, quibus promittitur fides. Sed il-

lud cogitandum, qui promittat. Foedifragi Poeni & Lusitan, similes. Romanis indignum par pari referre.

(13) Lib. VIII. iur. nat. & gent. cap. 7. §. 2.

(14) Part. 2. decis. 24. utrum ex PRAETERITI belli COLLECTIS contralla debita post pacem petere liceat? Quod adfirmatur.

fam hanc fidenter, in Germaniae tribunalibus ideo omnino attendendus. Et *Fr. HOTMANNVS* (15) dissentientium argutias destruxit eueritque ex instituto. Idemque post etiam praestitit *HERTIVS* (16); qui etiam recte *prouocat ad usum militiae forensis*. Hoc igitur cum ita sit, nemo dubitare poterit, fidem conuentae *summae* hostibus Gallis datam, non minus adimplendam fuisse ab his *Sueviae* confoederatis, tantum abesse, licuisse illis, quod sponponderant hosti, post uictoriam negare & eludere. Quod enim inter gentes liberas disputari poterat, illud in Germania nostra extra iuris alcam. Partim, quod *fides* Latii nobis sancta ex auctoritate peregrinae legis; partim, quod maiorum nostrorum instituta olim in hac laude, si exulet in mortalibus bona fides alias, in Alemanniae oris eandem iri repertum. Quod si autem hosti debebatur conuentum stipendium; etiam debebitur patriae, illius cessionario.

2) ex NEGOTIORVM  
GESTIONE.

§. 3. Sed ne quidem cessione opus fuerat, quod *absentium confoederatorum hic negotium est gestum*. Licet enim, quod in *altero capite* uidimus, aliqui hanc iuris partem in naturalibus officiis omittant negentque gestorum negotiorum actionem: placuit tamen Romanis hanc suo iudicio ac lege adprobare. Idque publicae utilitatis causa (17) ne absentium negotia derelinquerentur & aequitate suafore, ne alter, ex alterius procura-

(15) In quaestionib. illustrib. qu. VII. ex instituto: an fidem, hosti datam, seruari oporteat, dissipato & disperso metu hostili? Pariter hoc adfirmatur ab illo cum legum & interpretum apparatus.

(16) Tom. I. opuscul. de iure scilicet. 2. § 35.

Vbi tres actiones ei commendat, qui pro altero hosti soluit. 1) conditionem, 2) negotiorum gestionem, 3) mandatum.

(17) Recte *ULPIANVS* in l. 1 D. de negot. gest. Hoc *EDICTVM NEGOTIORVM GESTORVM necessarium est, quoniam magna illius utilitas.*

to commodo aut damno auerso, sibi ipse damnum conciliaret (18). Ergo reddere tenetur ille, cuius negotia sunt gesta, quod pro eodem in eiusque commoda, gratiam utilitatemque expendit gestor. Quod magis, tum etiam huic est obligatus, cum negotium caruit felici euentu. Quem casum respondet Ulpianus (19): *sufficit si uiliter gesfit, etsi effectum non habuit negotium. Si insulam fulsit & seruum curauit, etiamsi insula exusta est uel seruus obiit. Idque & Labeo probat.* Quod si ergo clara lege habetur, cum, qui alterius negotia gerit, ius habere exigendi ab altero, quod in gratiam eius expendit, licet negotio non responderit euentus: quo quaeso! iuris tegumento pars aduersa recusabit restituere stipendium, pro absentibus hosti solutum, instar lytri, ne miles discessurus uestigia post se relinqueret tristitia & infelicia, ferri, rapinae, incendii. Sed obmoueris forte: aliter PAVLVM decidere (20): *de eo autem, quod in debitum soluit, negotiorum gestor, magis est, ut sibi imputare debeat ac suae indulgentiae & facilitati.* Repono: loqui Paulum de casu, ubi quid temere est factum, nulla cogente ui, nullo imminente damno, quod modica summa auerit negotiorum gestor. Sed nostra in ultimo exemplo uersantur, non in primo. *Deinde inuito non obtrudendum. Imo fiterint forte, beneficium nemini obtrudendum. Imo facile fuisse uicinis ordinibus, cum hoste, Memmingae agente, contrahere, siquidem e re sua id duxissent.* Ve-

Obiectiones 1)  
ex l. 23. D. neg. gest.

inuito non obtrudendum. Imo fiterint forte, beneficium.

(18) Tam naturalis est haec obligatio, ut non opus fingere cum Iano a COSTA in comment. ad Inst. lib. 3. c. 27. causam Latio singulari. Quoniam ciues Romani longas & frequentes susceperint peregrinationes. Nam tum

habuerunt seruos & familiares suos, imo absentium curatores: ut non opus esset qualicontraetus auxilio.

(19) In l. 10. sed an ultro D. negot. gestor.

(20) In l. 23. si quis negotia D. de negot. gest.

rum



rum aliter GAIUS [21]: *soluendo quisque pro alio, licet INVITO & ignorante, liberat eum.* Sufficit, pericula & damna auersa fuisse, uicinis ordinibus metuenda, non frustra, sed metu tali, qui cadit in uirum constantem, ut demonstratum est superius. *Praeterea, aiunt, potuisse Memmingenses partem stipendii soluere, illis adsignatam tantummodo, atque ita liberare suam urbem: cetera relinquere belli infortuniis.* Verum etiam casus redimere uoluerunt alienos, salua aduersus hos negotiorum gestorum actione, prodita in eodem hoc causae genere a PAVLO [22]: *Si COMMVNES AEDES tecum habeam & pro una parte damni infesti uicino cauero: dicendum est, quod praesertim NEGOTIORVM GESTORVM ACTIONE potius, quam COMMVNI diuidendo iudicio, posse me petere Quia potui partem meam ita defendere, ut SOCII PARTEM DEFENDERE NON COGERER.* Ergo tenetur socius stipendiarius hosti alteri socio, quamuis hic soluerit pro altero non coactus. Quod ultimum tamen ideo dici nequit: quoniam noluerunt hostes, diuidi portiones, praesertim si pro mensuris TRIBVS solueretur unum.

3) *potuisse Memmingenses soluere sua, non aliena.*

3) *ex COMMVNI DIUIDENDO.* §. 4. Scilicet in eo quoque Vlpianus (23) de *COMMVNI DIUIDENDO* iudicium a negotiorum gestorum actione distinguit: quod in *ultima* possim distinguere meas impensas ab alienis; in *primo* autem id fieri nequeat, sed exigat casus, ut uel aliena negotia geram simul uel mea & aliena relinquam. Cuius etiam sententiae est PAVLVS (24)

(21) In l. 39. *soluendo quisque D. de negot. gest.*  
Imo licet prohibuisset pars aduersa solutionem, quod decidit l. 24. *si quis C. de neg. gest.*

(22) In l. 40. *si communes aedes D. de negot. gest.*

(23) In l. 6. *si quis putans §. 2. D. communi diuidendo.*

(24) In l. 40. *si communes aedes D. de negot. gest.*

Et quemadmodum ex causa, ab VLPIANO (25) disputa-  
ta, patet: quod de *communi diuidendo* iudicium detur  
non minus illis, qui tenentur communi uectigali, licet  
nullam instituerint, contraxerintque *societatem* aut no-  
lint, *negotia gerere aliena*, siquidem propria liberari ne-  
queunt, nisi liberentur etiam aliena: ita puto, clarum  
non minus esse, Memmingenses, etiamsi nullam un-  
quam *societatem iniuissent* neque animo sibi proposuis-  
sent, *negotia gerere aliena*, nihilominus iudicio de *com-  
muni diuidendo* in hac causa uti posse. Quoniam non  
sola uoluntas eos hic coniunxit: sed fortuna, casus, im-  
perium hostile (26). Graue quidem, hostem requirere,  
ut quis aliena etiam pericula luat: sed parum ciuile,  
commune onus, quod reipublicae casus in unum de-  
uoluit, reliquos ciues diuidere nolle neque succurrere  
oppresso. Quod si igitur hoc uerum est, conciuem,  
reipublicae uniuersae causa infortunio & casu, non fa-  
cto reipublicae, oppressum, requirere posse a reliquis  
damni reparationem: multo magis illud locum habebit  
tum, si causam occasionemque huic infortunio dederit  
ipsa respublica. Quod in nostro argumento nunc com-  
monstrandum.

§. 5. Scilicet non ita barbarus credendus tum ho-4) *ex lege*  
ftis, ut Memmingam uniuersae uicinia redderet ui- SOCIETATIS.  
ctimam & hostiae instar immolaret, nisi facto suo con-  
foederati uicini eum ad hos calculos induxissent. Ipsi  
igitur uicini in culpa rerum, quae postea euenerunt.  
Coiuerant enim illi in SOCIETATEM quandam cum Mem-

(25) In l. 7 *communi* §. 1. *D. communi diuid.*

(26) Verbasunt in simili argumento MENOCHII

lib. I. *conf.* 46. n. 117, *MOZZII de societate*. c. 3.  
n. 9.

mingensibus, de incendiario censu iunctim soluendo hostibus, idque intra muros & moenia urbis. Aderat itaque uera societatis indoles. Id est plurium conuentio de soluenda hosti summa tributi & inde communia habenda lucra, (quorum loco fuerat securitas pagorum & uiarum ab excursione hostili) atque damna. Quo nomine cuique portio quidem adsignata, uerum saluo ceteroquin uinculo societatis. In hoc societatis igitur contractu fides debet esse exuberans & aequitatis ratio summa (27); si ullibi alias, arbitrium hic boni uiri regnat (28); requirit ille nominatim iudicium bonae fidei (29); imo significantius Vlpianus: *societas* ius quodammodo FRATERNITATIS in se habet (30); ideoque non tam lege conuentionis regitur, quam officio amoris & adfectionis (31). Neque alio fine focii consortes dicuntur & societas consortium (32), quam hoc, ut commoneantur contrahentes, se eisdem nunc subiici fortunis & casibus, forti rerum humanarum. Quae societatis elogia conduco ideo, ut intelligat pars aduersa, quod in nostro argumento iudicis sit: non tam uerba, legem & rigorem conuentionis in oculis animoque habere, quam aequitatem. Praesertim uero tum iudicio hoc opus est, ubi societas publicae calamitatis causa est contracta, ubi focii facile ex natura negotii intelligunt, fieri posse, ut plura eueniant casu, qui nequeant praecideri, licet fociorum nullus illis se queat

(27) Verba imperatoris sunt in l. 3. cum in societatis contractibus fides exuberet C. pro socio.

(28) Ita Proculus in l. 78. in proposita quaestione D. pro socio.

(29) In quo numero offenditur in §. 28. Inst. de action.

(30) In l. 63. uerum est D. pro socio.

(31) Inde distinguitur a communione, in quam incidere solemus casu; cum societas contra uelit adfectionem & amorem in l. 31. ut sit pro socio alio D. pro socio.

(32) Papinianus in l. 52. cum duob. §. 8. D. h. t. si inter fratres uoluntarium consortium, reguntur iudicio societatis.

subtra-



subtrahere. Si igitur recte pro socio agit, qui, aliis in-  
 sociis, reparat infulam & aedes, quamvis operae preti-  
 um non sit (33): multo minus actio pro socio dabitur  
 patriae, quod expendit ad fulciendam & conseruandam  
 uicinorum securitatem & casus auertendos, ab hostili  
 depradatione omnino metuendos. Imo, si quid etiam  
 per imprudentiam aut consilia, in tantis periculis, plus  
 iusto festinata, factum, ideo tamen socius tenetur pro  
 socio nihilominus; qui nihil praestat praeter *dolum* &  
 talem *culpam*, quam non contracturus esset in suo (34).  
 Verum sibi non minus damna contraxerunt Memmin-  
 genses in menstrui tributi numeratione, ad cuius septi-  
 mam illi tenentur partem. Ut adeo causae nullae sint,  
 hoc tegumento negare uicinos, quod Memmingenses  
 ab illis ex lege societatis requirunt. Deinde societas  
 haec ad *certum negotium* fuit inita, quamdiu scilicet *mi-  
 les ageret hostilis in prouincia*: igitur frustra est pars ad-  
 uersa, finem societatis aestimando ex Hochstadiensis ui-  
 ctoria. Negat, hoc fieri posse, PAVLVS (35), definitio-  
 ne, grauibus uerbis concepta: *Qui societatem ante tem-  
 pus & finitum negotium renuntiat, socium a se, NB. NON SE  
 A SOCIO LIBERAT.* Porro frustra & illud urgent, casum

(33) Quod intelligitur ex casu, proposito in  
 l. 52. cum duobus §. 10. D. pro socio. Scilicet res-  
 fector, post quadrimestre optionem habet: us-  
 urum aedes reparatas sibi retinere uelit iure do-  
 minii aut si operae pretium non sit agere pro  
 socio, ad impensis refundendum.

(34) Quod magis est, olim de dolo tantum-  
 modo poterat conueniri socius. Quoniam sibi  
 tribuere debuerat socius, quod talem elegerit:  
 uerum post CAIUS addidit culpam, ita defini-

tam: *sufficit tamen diligentiam communibus ad-  
 bibere, qualem adhibet sui in l. 72. socius socio  
 D. pro socio. Quam suo iudicio adprobauit  
 IUSTINIANVS §. ult. Inst. de societate.*

(35) Momentosa l. 65. actione distrabitur §. 6.  
 D. pro socio uerba: *quod si tempus uel negoti-  
 um nondum finitum renuncians societati, uideatur  
 in dolo esse. Qui illi prodesse nequeat. Ne-  
 gotio enim finitum finiri societatem, dicit §. 6.  
 Inst. de societ.*

D

ab

ab eo ferendum, qui illum patiatum atque adeo Memmingenses omne, quod pro aliis soluerint, concoquere oportere suo stomacho cum aliis belli infortunis. Verum aliter rem fieri uolunt sacrae leges. *Nam quidam sagariam negotiationem coierunt. Alter ex his ad merces comparandas profectus in latrones incidit suamque pecuniam perdidit resque proprias. Iulianus dicit, DAMNUM ESSE COMMUNE. Ideoque actioni pro socio locus. Nam sicut lucrum, ita damnum quoque commune esse oportet (36).* Certe si Memmingae soli damna intulissent copiae, cum quibus inita pacta, nulla confoederatorum facta mentione: hi certe conueniri potuissent nihilominus ex auctoritate huius legis. Igitur eo minus dubii nunc ille casus habet: ubi hostis expilauit ciuitatis aerarium nomine & causa non minus aliorum confoederatorum. Ad extremum neque illa oppositio habet aliquid momenti: *quod expeti debuisset, requisitione ab hoste facta, uicinarum ordinum mandatum.* Nam hoc tacite inest societatis contractui, ut socius agat rem communem, tum praesertim, ubi omne periculum est in mora, neque consuli possunt membra alia societatis eiusdem. Retum iudicium est iureconsulti: *ideo in iuris codice & pandectis MANDATVM sequitur SOCIETAS, quia omni societati inest mandatum. Et socii creduntur quodammodo procuratores esse & MANDATVM habere (37).*

5) ex l. Rbo.  
dia de ha-  
uaria & ia-  
ctu.

§. 6. Sed neque his ambagibus est opus. Sit enim, quorum tamen neutrum esse, ostendimus hactenus, quod primo iniqua exegerit hostis adeoque frustra sint

(36) Ita clare decidit casum Vlpianus in l. 52. cum duobus uisus §. 4. D. pro socio.

(37) Argumento l. 52. cum duobus, in pr. D. pro socio.

iura ab eodem *cessa*; fit, quod nulla inde *utilitas* procurata uicinorum absentium adeoque nulla gestorum *negotiorum* actio; fit, quod nulla hic rerum *communio*; fit, quod nulla *societas* inita: sufficit tamen hoc unum, quod causa haec agi & instrui possit ex L. RHODIA de iactu, quae, postquam Romani eam fecerunt suam, non iam Rhodia dici meretur, sed Romana, cui, ut aliis omnibus, factus est in nostra republica locus. Quod cum ita sit, porro non opus est disputare de illius aequitate naturali, quod factum in capite altero: cum pro ratione hic uoluntas sufficiat legislatoris in Germanici imperii tribunalibus. Loquatur in rem nostram LATERBACHIVS (38): ne quid nos dedisse uideamur studio partium in hac causa. Ita autem ille: *Si ob sumtus illos, exhibitos forte ab uno TOTIVS REGIONIS aut prouinciae salus quaesita & deuastatio, incendium & eiusdem desolatio auersa fuisset (u. g. si exercitus hostilis, ni intra oppida munita recipiatur deuastationem & euerfionem interminaret) tum si quaedam oppida ad auertendum COMMVNE PERICVLVM ex IVSTO METV militibus in hospitationem & SVMPTVS praestarent: merito competeret ciuibz illis auxilium L. Rhodiae, ut & CETERI PRO RATA, DAMNI PARTEM, qui & lucri, FERANT. Hi enim sumptus & impensae in milites factae CAUSAM habuerunt COMMVNEM & necessitatem & ad declinandum toti prouinciae imminens periculum fuerunt erogatae, repetendi itaque ius etiam ex hac L. Rhodia competeret illis, qui rerum suarum iactura, effecerunt, ut ceterorum conseruarentur. Quod idem leges prima & altera pro iuris fundamento habent in pandectis ad L. Rhodiam de iactu (39). Si*

(38) Ex instituto de L. Rhodiae aequitate & | gumenta omnino hic attendenda.  
 extensione § 28. n. 6. Cuius iureconsulti ar- | (39) Doctorem testimonio nolo hic cumu-  
 D 2 | gil-

gillatim etiam L. Rhodiae aequitas commendatur a iuriconsultis, si hostis offerat se tutelarem (*saluagardias*) sed non nisi pro definito tractu, soluantque magis eisdem vicini summam integram, adsignatam alias illis, qui orae remotioris. Tum enim ex L. Rhodiae decreto agere posse primos aduersus ultimos, ad contribuendum reddendumque portiones uiriles (40). *Nam omnes illi, quorum bona a deprædationibus ita redempta, tenentur conferre.* Et propius ad rem nostram faciunt uerba decisionis alius his uerbis concepta: *Imo pecunia, sic a milite imperata, non tamen soluta, sed promissa hosti, si illa durante adhuc metu liberata fuerit, perinde est, ac si simpliciter metu quid exactum.* Et per consequens L. RHODIAE aequitas locum quoque habebit (41). Iniurius essent in causam patriae aequissimam, si quidem plura uellem addere. Cum nemo dubitauerit, cuncta haec illis concinna esse, quae patria requirit non solum ab illis, in quorum gratiam lytrum solutum: sed etiam qui in conuentu lytri, facto & uoluntate sua, consistunt communione ac societate. Summatim, nemo iuerit inficias, si quidem causa haec iure communi, ciuili scilicet Romano conficienda, uti re uera confici debet, plures actionum iuriumque formulas hic concurrere *iuris cessi; negotiorum gestorum; communi diuidendo; societatis; Rhodiae legis de iactu*, ut adeo, in multiplici hoc iurium concentu, firmissima stabilitatis praesidia esse uideantur.

litora esse. Conferri tamen possunt in hoc consecutionis uinculo illi, quorum nomina congestis sententiasque exscripsit Petr. MULLER ad *Seruum exercit.* 20. §. 27. p. 1308. 1309.

(40) Ioann. Otto TABOR de *metanis* cap. 8. §.

3. 4. 5. 6.

(41) LAVFERBACH de *aequitate L. Rhodiae* §. 22. 23. cum illis, quos laudat ex eoque P. MULLER ad *Seruum exercit.* 20. §. 27.

CAP.

## CAP. IV.

Argumenta ex IVRE PVBLICO S. R. I.  
pro contributione in lytro  
communi.

## §. I.

**E**st quidem is procedendi ordo in tribunalibus Germanici imperii. Vt primo solliciti simus de iure <sup>Tertium ge-</sup> *nus proban-* Germanico, domi nato; tum, si nihil in eo clare cau- <sup>di ius GER-</sup> *di ius GER-* tum, <sup>MANICVM.</sup> *leges Romanas* uocemus in auxilium; demum, his etiam <sup>MANICVM.</sup> deficientibus, utamur *naturae* decretis. Nos uti ab ultimo initium fecimus: ita in primo hic subsistemus.

§. 2. Est uero bonae causae maximum indicium <sup>Quod m.</sup> hoc, quod non solum *naturali*; sed etiam *Romano iure* <sup>causae huius</sup> *causae huius* instruere & adornare licuerit scenam eandem. Cui <sup>fauet.</sup> *u. fauet.* trique cum porro *Germanicum* nunc accedat, hac legum & iurium *triga* omnino persistent nostra aduersus tela illorum, qui militant in castris alienis.

§. 3. Scilicet, cum *cessio* iuris, ab hoste facta, illud <sup>l. in PACTIS</sup> *l. in PACTIS* uelit, ut de iure constet *hostili*. Vltimum uero pendeat <sup>HOSTI ser-</sup> *HOSTI ser-* hoc themate: *utrum lytra, hosti promissa, si quae post uandis.* <sup>pacem restent, discusso metu, eidem nihilominus de-</sup> *pacem restent, discusso metu, eidem nihilominus de-* <sup>beantur in hac potissimum arena occupabimur. Quod</sup> *beantur in hac potissimum arena occupabimur. Quod* <sup>a) auctoritate</sup> *a) auctoritate* <sup>Germanias</sup> *Germanias* <sup>por-</sup> *por-* <sup>lorum.</sup> *lorum.* si enim iure Germanico hoc constet: <sup>por-</sup> *por-* <sup>lorum.</sup> *lorum.* pro nemo dubitabit, hosti datam fidem, metu perdurante, seruandam. Ante nos hanc quaestionem ex iure Germanico adfirmarunt figillatim MEVIUS (42); KLO-

(42) *Pari. 2. decis. 24.* ubi plura habentur, huc omnino facientia. *Primo* dicitur: quod hosti in bello promissum, elidi non posse *ex-* *ceptione metus.* *Deinde* conuentionem illam,

tempore definitam, etiam seruandam, metu dispulso, imo pace facta. *Post* sub uerbo *amnestiae* haec pacta, semel cum hoste iniata, non ideo tolli, *Tum* illud uti iuris in Ger-

CRIVS (43); LAVTERBACH (44); STRAVCHIVS (45); TABOR (46); FELTMANNVS (47); *Ioach.* BVRGER (48); SCHILTER (49), omnes Germani. Quorum auctoritati hoc dari solent, ut testari queant de iuribus suae prouinciae & patriae, Germaniae.

b) LL. Germaniae singularium.

§. 4. Sed neque aliud uolunt ipsae Germanici imperii LEGES PACIFICATORIAE. Principem teneant locum tabulae WESTPHALICAE, quoniam hae LEGVM nomen merentur, cum in aliis pacibus regnet sola *conuentio*. Reperitur in illis (50) facta differentia inter ea, quae ab hoste *licite*, id est, *publica* partis belligerantis auctoritate extorta: & alia, quae *illicite*, hoc est, spoliis instar, tur-repta a priuatis. *Vltimum* genus tantummodo impro-batur & habetur pro nullo: non *primum*, cuius etiam obligatio perdurat pace conclusa. Nisi aliud inter partes conuentum. Qua in re sibi in pacificationibus aliis ideo actores pacis prospexerunt aduersus hanc doctrinam figillatim & uerbis conceptis: *ne eiusmodi conuentio-nes cum hostibus*, utcunq; illae fuissent factae; *durarent*

mania publici probari, quoniam in *pacis Instrum. cap. 2. §. contractus*, permutationes illa tantum declarentur pro nullis, quae extorta illicite, id est, sine belli ducum mandato. *Ad extremum*, in mores iniuste nostri aevi, quod belli duces ius habent imperandi *metata* & hospitationes & illa uertendi in conuenti aeris summam.

(43) *De contribut. cap. XVII n. 296.* quod uniuersitas ab hoste iussa est & debet, singuli non debent.

(44) *de aequitate L. Rhod. §. 28. 29. 399.*

(45) *Pasim in opusculo de induciis.*

(46) *de metatis & epidemeticis cap. 8. §. 2. 3.*

(47) *In responso militari IX. ubi ostendit,*

quod haec pacta, ipso usu sacra.

(48) *In centur. obseruat. milit. 79. cent. 3. obseru. 41. cent. 5. obseru. 91.*

(49) *In opusculo de obside pasim.*

(50) *Pertinent huc uerba art. IV. §. 46. Pac. Obs. atque in Monaster. Pac. §. 36. quae sunt haec: Contractus, permutationes, transactiones aliaque ILLICITE extorta, annullata sint. Ita quidem, ut nullum iudicium inde liceat intentare. Inde recte arguit MEVIUS part. 2. decis. 34. igitur ex natura contrariorum contractus seruandi, licite initi, id est aperto Marte. Idem iudicium est iuri illustri Borussici, ad imperia- lia comitia legati, HENNINGESII in *meditat. ad Instrum. Pac. spec. l. p. 100. litt. v.**

*ultra*

*ultra pacem ratam habitam a principibus.* Cuius formulae habes specimina in pacibus NOVIOMAGENSI (51); RISVICENSI (52), aliisque innumeris. Quandoque tamen haec discrimina, quae saepius difficiliora sunt, quam ipsa pax, ob diuersa partium studia (53), remitti solent ad tractatus & conuentiones singulares, seiunctas a pacis tabulis. Saepe etiam distingui solet inter contributiones, quarum dies uenerat & praeterierat & illas, ubi cesserat aut institerat. Primum genus, etiam pace conclusa, solui debet; non ultimum. Idem est, quod naturae & gentium decreta imperant, ob causas, in altero capite a nobis recensitas. Quod si igitur in PACIBVS Germanici imperii, fides hosti in contributionibus semel data, ad eo sancta & integra, ut, pace etiam conclusa illius sit obligatio, nisi aliud claris uerbis cautum: quaeso qui dubitauerit aliquis de conuentionis cum hoste obligatione, qui adhuc inhaeret & incubat moenibus ac medullis urbis ac ciuitatis. In hoc uero rerum statu Gallico militi, quod in capite primo enarratum, soluerunt Memmingenses &, licet inuiti, iura redemerunt CESSA eorum, quae debuerant uicini, ut horum quoque salutem procurarent.

§. 5. Et sane, uti in rebus, praesertim militaribus, *c) Arminii* multum dari solet arbitratiu belli imperatoribus: ita *omni-nostri*, no referri huc meretur aequissimum EVGENII DVICIS, *no-τῆ πᾶν.*

(51) In articulo XXX. *Vt exaltio contributionum, ab una vel altera parte hostili impositarum, continuetur ad pacis ratificationem. Si quidem aliqui ante pacem conclusam fidem suam dederint hosti.*

(52) *Artic. 51. contributiones per PACTA STABI-*

*LITATE a die ratificationis cesset.*

(53) Nunc enim ipsius principis, multoties belli ducum interest, ut ante contributiones, semel imperatas, praesertim, ubi dies uenit, extorqueant hosti: quam nomina haec pax sigillatim expungat.

strorum

strorum temporum Arminii illius, iudicium in hoc eodem argumento. Abduxerant, post Hochstadiensem cladem, Galli obsides ex urbe AVGVSTANA, quam ideo, panico terrore perfusi, reliquerant. Soluunt inde obsides lytrum requiruntque illud ab urbe. Casus erat: *num hostis, belli iure, obsides imperare & cogere posset in urbe, ex qua sibi, ultro & sui causa ipsius, fuga consulisset.* Negauerant hoc plures, quod contributiones, licet dies uenisset, obligatoriae porro non essent, si aufugisset hostis. Contra sensit ὁ πᾶν. Respondit enim ciuibus, Augusta ideo ablegatis ad pacificationem: *fidem, hosti in praestandis tributis semel datam, explendam etiam tum esse, in illis scilicet, quae restarent, licet hostis sit in fugam actus.* Adeoque obsides a Gallis iure abductos neque superesse lytri soluti conditionem. Sed de similibus, in quo numero patriae causa, idem certe iudicium. Idemque Memminga cum confoederatis debuit hosti: quod iure per obsides extortum Augustanis (54).

d) *historiae* §. 6. Et sane his moribus semper uiximus florui-  
 & *exemplorum.* musque Germani: *ut fidem hosti non minus probauerimus, quam amicis.* Imo religioni etiam sibi duxerunt Germani, perfidis & latronibus eandem fallere. Ut tantum non in quadam *fidei nimietate* persistisse, uideantur. Hoc enim exempla illorum probant, qui fidem hosti datam, si non frangere, eludere tamen arte quadam uoluerunt suntque usi fallaciis. Verum tantum abest, idem calculo suo adprobauisse Germanos, ut potius eius generis praestigias, quas alii animi leuioris referrent inter pulcherrima belli stratagemata, diris deuouerunt & execra-

(54) Licet hi inficias eant, aliquid restitisse illius contributionis, cuius lapsus fuisset dies.  
 ti sint,



ti sint, de sua republica proscripta uoluerunt, memoriamque talium facinorum, uoce quadam populi, damnarunt atque notauerunt nefandissimis prouerbis. Amplius ac multus esse possem in horum exemplorum nominibus ac numeris. Sed talia congefferunt alii (55), quorum fertilissima est Germaniae historia. Notabilis tamen quaedam. De Moguntinis olim praefulibus dici non potest, quod ipsi conuentiones ruperint cum fociis & amicis. Hostium tantummodo & patriae proditorum conatus destruere instituerunt: fidem illis datam fallaciis eludendo & eneruando. Nam an. 908. Hatto archipraeful fidem indulgentiae regis & saluum conductum promisit Alberto comiti, homicidii causa proscripto: sed, dum prandii ergo ad sua rediisset iussu archipraefulis, ille fefellit comitem, supplicio post adfectum, quasi reditum semel, non iterum ei promississet. Verum enimuero tantopere detestati sunt fractam praefulis fidem Germani, ut inde causae figmentorum: *Hattonem* ideo *fulmine* ictum; in *aetnam* coniectum; *tristitia* confectum; a *muribus deuoratum* (56). Imo facinore hoc cum suo nomini, tum ipsi archipraefulatu notam inuulsit indelebilem. Audit enim ideo Hatto MALVS cognomento (57): Moguntia uero *ab antiquo*, commemorati-  
one huius Hattonis, *nequam* (58). Tantopere abest,

(55) Qui de uirtutibus Germanorum scripsere in hisque uir industrius, SPANGENBERGIVS in speculo Germanicae nobilitatis.

(56) Licet enim ultimum hoc de HATTONI II. narrent, ad an. 970. In eo tamen consensio NIC. SERRARIO in archiep. XV. cap. 6. p. 708. quod fraus Hattonis I. an. 908. huic fabellae fuerit occasio.

(57) Nullus fere Germaniae historicorum est, qui hanc antistitis Hattonis perfidiam non commemorat, notat, horretque. WITTEKINDVS; REGINO; LVITHPRANDVS; LAMBERTVS; MARIAN. SCOTVS; OTTO FRISINGENSIS; SIGBERTVS; TRUTHEMIVS & qui non?

(58) Vnius HATTONIS fallacia meruit deditaque causam prouerbii. Nam archipraefules Mo-

E

CON-

concoquere potuisse stomachos Germanorum, ut uel *hosti & pirricidae* data fides eluderetur. Defendere institunt aliqui factum Hattonis illudque habere legitimum. Pace quidem nostra; sed parum ex philosophia & integritate ueterum Germanorum, tot exemplis & seculis testatissima. Eodem consecutionis uinculo utitur omnis iuris peritissimus HERTIVS (59). Vt nolim, addere plura.

e) institui §. 7. Quod? magis est; in mores nunc iuit per *Eufauf parolen* *ropam*, fere uniuersam: ut *militēs captiui dimitantur ab hosti lassen. hoste, fide Germana dextraque data, se uel reuersuros, uel, si ita conuentum, soluturos lytrum*. Quae consuetudo in formulam iuris iuit: *auff parolen loss lassen* (60). Forte, quod Germanam fidem, hosti quoque sanctam, alii etiam populi sibi in exemplum proposuerint, quod, magno reipublicae commodo, imitarentur. Vt gentium hic concentus haberi nunc possit instar decreti naturae ipsius. Est tamen, si ullibi alias, in iure publico Germaniae nostrae certissimum: *fidem, hosti datam, nullo tempore & casu fallendam*. Quod in patriae causae gratiam

guntinos alios tantum abest, ut hanc notam suis factis prouocauerint: ut potius illi uirtutum praesentia omnium Germaniae episcoporum catalogos longis spatiis post se relinquant. Sed *Hatto serpens malus & uetus* occasionem dedit malo prouerbio. Inde formulae uerba: *ab antiquo*. In quo exemplo acquiescere potuisset sicque prouerbii liuorem euitare nuperrimus collector speciminis *PAROEMIARVM HISTORICARVM* in Germania.

(59) In dissertat. *de lyro scilicet*. 2. §. 27. testimonio *ADLZBRITERI part. 2. annal. Boic. lib. 6. §. 53. an. 1395*. Historia est haec: *lytrum Iodo-*

*eus captiuus copie Boicis* spondit, quod liberatus uel solueret uel se sisteret iterum *Monachii*. Vastro consilio usus est. Nam dum *Monachium* uenit iterumque recessit, existimans, se ita fidem liberasse. Aegre h. buit haec fraus ciues *Augustanos*. Ideoque perfidiae reum, capitis damnarunt, damnata eius memoria & sede combusta, ubi homo nequam eductus.

(60) Quo de more ac iure *BURGERVS cent. V. militari obseru* 17. 18. *BOECLER de milite captiuo FELTMAN, in milit. AYALA de iure milit. c. 5. n. 26, BUSIYS ad L. 5 ff. de pact. n. 2.*

COM-

commonstrare uolui ampliori adparatu. Quoniam ita clarum est, penes copias Gallicas, Memminga secedentes, ius fuisse, summam menstruam, semel conuentam ac definitam uel exigendi uel cedendi, ob morae pericula, Memmingensibus. Idque secundum publicas Germanici imperii leges, mores, instituta, solennia omni aeuo.

§. 8. Verum etiamsi *tabulae cessionis*, ab hostibus factae, abessent: haberet tamen Memminga, quod requireret a uicinis confoederatis iure publico Germanici imperii ex *negotiorum gestione*. Scilicet, cum Germania, Sueuia maxime, in tot dispersa *territoriolorum spatia* facile intellexerunt proceres imperii; iniquum fore, si unus forte ex ordinibus pacaret hostem metatis & stipendiis, unde reliquis securitas neque ultimi primis succurrerent contribuendo. Potius e re esse publica, ut onus, quod omnes tangeret, ab omnibus sasseretur. Neque unus lueret pro salute multorum. Praesertim cum ita fieri posset, ut, si unius territoriolum expositum esset uel incursioni hostili uel etiam locus munitus, in quem se reciperet hostis, ille oneris bellici nimietate ac mole supprimeretur periretque. Quapropter in his belli calamitatibus ac periculis leges imperii uolunt: *ut tum iudicia essent de communi diuidundo &*, si quid in gratiam alterius remotioris forte expendisset, ei *damnum contributione resarciretur idque requiri posset negotiorum gestorum actione*. Pertinet huc omnino sententia huius causae lata in RECESSV IMPERIALI (61), cuius uerba hic exscribemus: *Demnach aber vernünfftig*

II.) de NE-  
GOTHIS GE-  
STIS &  
III.) COM-  
MVNI DIVI-  
DVNDO in  
metatis.

R. I. RATISPO-  
NENS. 1641. §.

(61) RATISPONENSI 1641. §. 26. Demnach aber Vernünfftig

E 2

messen ;



messen; daß diejenige quartier von einloshirungen, zu welchen desß Feindes würchlicher Ein- und Vorbruch ursach gibt (quo numero in primis habendi loci muniti) mit DURCHGEHENDER GLEICHHEIT nicht vorgenommen werden können [quod in communi diuidendo iudicio]: also erklären wir uns dahin; daß denen also vor andern beschwehreten von denen andern Creysen [multo magis sociis eiusdem uicinia], so dergleichen beschwerden nicht tragen, EINE ERKLECKLICHE BEYHÜLF geschehen und wiederfahren solle. Gestalten wir auch des gnädigen Anerbiethens, dafern ein oder ander Stand bescheinen und beweisen würde, daß er, über seine quotam, ZU VIEL AVSGELEGET (quod nemo negat Memmingensibus) wir alsdann alle gebührende Verordnung thun und dieselbe anweisen wollen, daß in ALLEM MÜGLICHE GLEICHHEIT GEHALTEN WERDE. Idem ante in PIRNENSI atque PRAGENSI pacibus erat statutum (62). Puto igitur, inde uinculum consecutionis esse hoc: si leges imperii uolunt; ut in belli calamitate communi, quantum fieri queat, onera sint aequalia; certe eo magis damnabunt illum ad rependendum, quod, pro eius salute & securitate, hosti est solutum gestumque ita negotium alterius. Imo, si, quod ex LEGE IMPERIALI didicimus, onera imperialis belli ipso iure diuisa inter plures pro cuiusque iuribus & ratione singulari; haud dubie illud uerum erit & legibus concinnum, si accesserit auctoritas, iussus & potestas hostilis. In quo ultimo quidem genere uersatur causa Memmingensis, quae primo cum uicinis uixit in belli calamitate communi: deinde, qua locus munitus, in finu habu-

(62) Quae loca exhibet Otto TABOR de metastis & epidemiciis cap. 8. §. 7, hic omnino au-

diendus, cum ueretur in huius argumenti genere ex folio & instituto.

it hostilem militem, molestum ita magis, quam aliis, qui eum intuiti sunt e longinquo: porro coiuit cum uicinis in societatem communis oneris ac commodi: post ei extorta, quae debuerant uicini: demum uicinis inde insignia commoda, quoniam hostilis miles uallo urbis clausus, ne palabundus uagari posset per uiciniam & omnes destruere fortunas ex uiarum securitate pendentes.

§. 9. Sed quicquid de procuratis uicinorum com-IV.) commodis ac negotiis sit: illud hic sufficit, quod obligetur uicini ordines ex legibus SOCIETATIS. Quae Germanis adeo sanctae, ut huius contractus uinculum illis, ante omnes populos alios, cum frequentissimum fuerit, tum integerrimum. Tantum abest, dubitatum in patria nostra unquam, de Latii praeceptionibus, in hac causa, capite tertio, conductis. Vti enim Romanis ciuibus societates aliae nullae, quam in rebus ciuilibus & priuatis; ita Germanis contra bellicae consociationes frequentissimae. Quae facultas etiam subditis ac priuatis eo tempore data, quo leges indulserunt bella priuata. Inde, multorum sententia, quod Germani nomen suum a fraternitate habent (*der teutschen Bruderschaft*), id est culta inter eos societate, instar uinculi fraterni. Imo omnes fere uicinae familiae coiuerunt in societatem singularem, quam, uerbo domi nato, dixerunt *confraternitatem* (63). Et cum societas morte loci expiret alias, Germanorum societates fuerunt aeternae ac hereditariae indeque iterum nomine adpellatae, Germaniae proprio, *Erbvereinigung & Erbverbrüderung*. Quod uinculum

(63) Licet enim nunc distinguantur uerba *erbverbrüderung* atque *erbvereinigung*, ut primum

sit pactum *successionis*, alterum *defensionis*: olim tamen iuris fuisse Germanici synonyma.

aeternae ac hereditariae consociationis cum non adsequerentur ingenia Romanorum, ipsi ita foederatos pro populis habuerunt diuersis (64). Cum tamen concors scriptorum narratio ac fides sit, Germanos non plurimum gentium aliquam colluuiem, sed partus esse stipitis eiusdem. Quod mores, habitus corporis, genius ac instituta, quae singula in omnibus Germanis reperiantur eadem, arguant probentque, Germanos unius populi propaginem & compagem. Quod magis est, cum septem Germaniae prouinciae, arte imperatorum casuque in partes iuerint, illud ex publicae fidei tabulariis intelligitur, quod, fortunis ita disiuncti ac disiecti ordines, maxime uicini, iterum coiuerint in singulares societates. Idque institutis antiquissimis. Vt uere scribi queat, Germaniae *circulos*, quos dicimus aut pagos Maximiliani I. temporibus longe uetustiores fuisse. Nisi dixeris, qui olim *pacto* uniti, illos ex hoc tempore colligatos fuisse *iure* ac ordine, *lege* imperiali praescripta. Sed quid haec ad instruendam causam Memmingensem? Illud uolo, Germanis nostris, etiam tempore uetustissimo, *societatis* uincula tam sacra & integra fuisse, quam foedus connubiale. Imo eorundem coniugia si non matrimonii, certe *foederis* causa aeterna fuerunt & indimissibilia. Opprobrium ergo illud maximum fuit: *rupisse foedus; fidei integritatem magis utilitate aestimasse, quam societatis sanctimonia; leoninam adfectauisse consociationem, ut unus hostia fieret, reliquis eum deserentibus.* Omnia

(64) Argumenta, ad ita sentiendum, suggestit *dn. praef.* Sunt autem haec. *Primo*, gentium Germanicarum tanta apud scriptores multitudo & infinitas. *Deinde*, quod Germani om-

mnes unius indolis. *Post* quod familiae Germanicae uno cognomine gaudeant aeternum. *Porro* quod licet aeternum Germanis consociationis & quae sunt reliqua,

certe

certe fociis communia, commoda & onera; fortunæ & casus; utunque consilia, semel unita, euenerint. Habentur passim apud auctores huius generis formulæ societatum, in Germania coactarum (65). Vnde vsus patriæ intelligi potest forensis. Sed illud maximum hic est, cum ruptæ societatis, in Latii iure, causa esset priuata: Germanico illa haberetur pro crimine publico, infamiam secum trahente. Memini enim in torneamentariis legibus, quæ neminem admiserant infamem, illud ab equestri socio requisitum esse: *nun fida dextera eius; fidum sigillum; sermo fidus; fida societas* [66] & quæ alia sunt. Quod si in uno sefellisset: non sine infamiae nota ab ordine torneamentario auerruncabatur. Tantum abest, potuisse in Romano iure aliquid constitui ad fidem, socio seruandam; cuius obseruantissimi non essent Germani.

§. 10. Restat, ut etiam addamus aliqua Germanici iuris specimina, quæ L. Rhodiae de iactu atque illi edicto concinna: *ut omnium contributione sarciatur, quod de iactu pro omnibus damnum contigit. Et, ut, qui ex iactu mercium commodum habent, sustineant etiam contributionis onus.* De

(65) In his princeps locus omnino dandus est DATII libro de pace publica. In quo consociationum omnium generis Germanis solennium, e publicis tabulariis protulit tabulas, codicillos, libellos, historias, monumenta. Alter debetur IACOBO WENCKERO: tam in libro illius de Pfsalburgeris, quam in adparatu archiuorum. Vnde hæc arena exemplis instrui posset, nostræ causæ similibus. Addere his licet etiam illos, qui de foederibus sigillatim sunt commentati. Quamuis hi omnia committant perturbentque Germanica decreta Latii.

(66) Licet enim parua fides debeatur torneamentorum libellis & historiis. Sunt tamen formulae descriptæ omnino usitæ & præceps equestrium societatum. Ita arcebantur ab equestri hoc exercitio: *der sein Handelshündis gebrochen; der sein Siegel gebrochen; der Zusage nicht gehalten; der in einer G.sellschaft treulos worden; der eine Feld-gefängnis nicht gehalten.* Ex ultimo enim hoc etiam constat: *infamiam incurisse eum, qui uolauerit fidem, hosti incaptiuitate datam.*

quibus

quibus singulis actum est capite altero & tertio in se-  
gmentis extremis. Verum habet etiam hic domesti-  
ca iura eadem patria nostra, ut non sit opus decretis  
Latii & Rhodiorum. Licet enim situs Germaniae fe-  
re alienus a negotiis maritimis: *ciuitates tamen Hansea-*  
*ticae*, illa foederata emporia, sibi in eodem argumento  
legibus prospexerunt. Vti enim Galli in negotiis ma-  
riimis instituta OLERONIS (67) & librum de CONSVLATV  
MARIS (68) adpellatum, sequuntur: ita maritimam iuris-  
prudentiam Germani debemus maioribus nostris, *Goth-*  
*landiae* incolis & sigillatim WISBYENSIBVS ibidem statu-  
tis (69). Vnde illa originem sumpsisse, creduntur,  
quae HANSEATICAЕ ciuitates cum uniuersim (70); tum  
sigillatim LVBECENSES (71); & alii Germaniae ciues in

(67) Leges OLERONIS IN IVRE NAVTICO obti-  
nent apud Galliam, scribit VINNIUS in praef. ad  
Petri Peckii rem nauticam.

(68) Quorundam respicit Ioannes TOVBEAV in  
instituta iura consularis seu iurisprudencia mer-  
catorum. Les instituts du DROIT CONSULAIRE,  
ou la iuru prudance des marchands a Bourges  
1682. in 4<sup>to</sup>. Dicit autem VINNIUS in praef. ad  
Peckii rem nauticam librum de CONSVLATV MA-  
RIS scriptum esse aetate S. Ludouici. Ex quo  
bona pars legum, quibus Galli hodie ad res  
maritimas utantur, sit desumpta & repetita.

(69) Vti Sueuici maris Rhodus dici potest  
Gothlandiae insula: ita illius quondam me-  
tropolis WISBYA, legum maritarum mater.  
Describit eam urbem Mich. Olaus WEXONIVS,  
professor & iureconsultus Aboensis in epitome de-  
scriptionis Sueciae lib. VII. cap. 1. num. XI. quem  
audiemus, WISBYA, Gothlandiae urbs, sub gr.  
58. sita, antiquitate & olim celebritate conspi-  
cua. Cuius vires veteres pomoerorum atque moe-

nium amplitudo hodieque ostentant. Nomen a  
uirgine Wisna, heroina d'auunt. Alii a pi-  
scationibus, quasi Vuchby, pronuntiatione Ger-  
manica. Commodissime a SINY MARIS, ubi o-  
lim portum fuisse, indicia sunt abuc. Quasi  
Wyksby, per elisionem Wysby. Insigne olim V.  
pro ut ex antiquis monetis patet. Postea in-  
uria cintra VV. habet. Ab octauo a Ch. N. se-  
culo potissimum creuit. Potissimum e ruinis di-  
uisinae quondam urbis Pomeraniae Venetae seu  
Winnetae. Varias ibi nationes. Inde anti-  
quissimum ius NAVTICVM prodidisse constat. Nunc  
pristini splendoris rudera tantum supersunt. Loca  
tamen commoditas maxima est & quae sequuntur  
deinceps. Codicis huius titulus est: VVaterrecht,  
dat die Koplüde und Schippers gemacket  
hebben iho WISSEV. Exhibet cum Joh. MAR-  
QUARDVS de iure mercat. part. 2. litt. X. p. 67 (9).

(70) Quod testatur Matth. STEPHANI lib. 2.  
de iurisdictione part. 2. c. 7. n. 6.

(71) Testes sunt SIBRANDVS de iurib. Hansea-  
caulis



causis maritimis definiuerunt & legis instar, promulgarunt. In his autem WISBYENSIBVS decretis, in hoc de iactu mercium ex naue, ad naufragii deuitanda pericula, illud quidem cardinem rei facit: ut hoc casu singuli contribuant, quorum causa acta est in mercium iactu (72). Ob quam igitur rectae rationis uim Romana tribuna- lia RHODIAE L. axioma protulerunt ad diruta, incendii causa, aedificia; ad contributiones in obsidionibus; metatis atque Hyris; ad omnes alios casus, quos unus in gratiam reliquorum tulisset, sustinuisset aut suscepisset in se: eodem certe aequitatis & iustae consecutionis uinculo curiae imperialis supremi iudices utentur in WISBYEN- SIBVS & HANSEATICIS de iactu decretis, huc referendis, si quidem Rhodii populi a rebus nostris uiderentur ni- mium alieni, ut ad contribuendum cogant compellant- que focios imminentis olim naufragii eiusdem: ne so- la Memminga luat, quod debent omnes; ne aduersa pars ex calamitatibus alienis quaerat sentiatque lucra; ne securitatis commoda sint penes omnes, damna pe-

ticia part. 1. sect. 9. & COTHMANNVS uol. 1. conf. 1. & 40. Ioan. GRYPHIANDER de insulis cap. 31. n. 81. 83. 84.

(72) In LL. WISBYENSIBVS articulus XX atque XXI. huc pertinent. Quorum uerba, summa- tim concepta, sunt haec: *Da ein Schiff von Sturmwinden dergestalt überfallen würde, dass man die Güter zu werffen genüßiget waere: soll man die Noth den Kauffleuten anzeigen. VVürden aber die KAVELVTE DARWIEDER SEYN, SÖL DANNOCHE DER SCHIFFER das werffen nicht unterlassen, da er es sonst für gut ansehe und solches mit dreyen seiner Gesellen erhalten koente. DAS GEWOREFFENE GVT SOLLEN DIE ANDERN BE-*

ZÄHLEN. *VVie guten GESELLEN zugehoeret. Da ein Schiffer den Mast umzuhauen gedrungen wür- de, solle es wie mit geworffnem Gut gehalten werden. Idem habetur in dem HANSEESTÄT- TISCHEN SEERECHEIT titulo VIII. Von Seewurff und Hauerrey. Quem utrumque codicillum ex- hibet MARQVARDVS de mercat. part. II. lit. X n. 1. 2. De aliis pluribus statutis, huc facientibus, agit plene Ioan. LOCCENIVS de iure maritimo cap. VIII. de contributione ad ea, quae perierunt in iactu. Qui omnino hic legendus & expenden- dus, quod Romanis & Rhodiis adiungat do- mestica utiliter.*

F

nes

nes unum; ne in communi naufragio iactum sentiat unus; ne denique una urbs, cui nonnisi septima infortunii portio adsignata, sex aliorum uictima sit linquaturque, uelut communis incendii & naufragii piacularis. Indigna NATVRAE decretis; LATII legibus; Germaniae moribus & institutis ratione.

Specimen  
multiplicium  
principi-  
orum IV-  
RIS PVBLICE  
S.R.I.

§. II. Ceterum, cum *thema* arenae huius *publici* quidem *iuris* argumentum habeat; sed tamen prorsus singularare; ideo *triplicis* *iurisprudentiae* genera inuicem distinximus. Eo scilicet fine, ut, cum saepe requiratur alias, quem demum in *iure publico Germanico* usum habeant cum *naturae* iura, tum *leges Latii*, ex his nostris classibus, ita distinctis, specimen adpareat *iurium* candidati: quid in uno eodemque *iuris publici* argumento conferant *primo* NATVRA siue *ius publicum uniuersale*; *deinde* LEGES ROMANAE, omnium fere gentium adplausu, praesertim in his similibusque rebus, adprobatae; tum aliorum POPVLORVM in similibus causis instituta; *demum* GERMANIAE ipsius *leges, mores, historiae*. Quae omnia cum patriae causae, unanimi consensu, faueant, merito uaria conduximus in hanc *iuris harmoniam*, ne occupati esse uideamur unice *iurium differentia*.

FINIS.

Resp. iuris

